

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Deutschmann István Pilarik

**Disputatio Theologica De Triplici Spiritus Sancti Regno, Potentiae Gratiae, Et  
Gloriae In Genere : Ex Psalmo LI 12. 13. 14.**

Wittenbergae: Hakius, 1696

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn785216316>

Druck Freier  Zugang





35.

Fa - 1092 (35.)





IN NOMINE SPIRITUS SANCTI, HOSPITIS  
PENTECOSTALIS,

# DISPUTATIO THEOLOGICA

## TRIPLICI SPIRITUS SANCTI REGNO, POTENTIAE GRATIAE, ET GLORIAE IN GENERE

Ex Psalmo LX. 13. 14.

Quam  
SUB PRÆSIDIO

Viri Summè Regrēndi, Magnifici, Excellentissimi,  
atque Amplissimi,

DN. JOH. DEUTSCHMANNI

Doctoris Consummatissimi, Prof. Primarii perqvam me-  
ritissimi, Collegii Theologici Senioris maximè Venerandi, atque  
Templi Academicī Præpositi Vigilantissimi, nec non Alumnorum  
Electoralium Ephori Gravissimi, Theologi pér universam Christi  
Ecclesiam, summā meritorum laude dudum longeqvē Ce-  
leberrimi,

Dn. Patroni, Praeceptoris, atque Studiorum suorum Promotoris, pio obsequio  
observantia, omniqve filiali amoris & honoris cultu, Parentis instar,  
et vternum devotissimè, ac sanctissimè colendi, devenerandi,

Publico Eruditorum Examini subjicit

M. STEPHANUS PILARICK,

IN AUDITORIO MAJORI

Die XXVIII. Maji, Anno 1696.

---

WITTENBERGÆ,  
Typis Johannis Hakii.

LO

27

30.

3

DI

RES

VS

S

CLVI.

Illustris Dresdenium Republica  
Patria Patribus Conscriptis,

## VIRIS

Magnificis, Excellentissimis, Nobilissimis, Amplissimis,  
Consultissimis, & Prudentissimis,

DNN. DNN.

CONSULIBUS,

SYNDICO

PRÆTORIBUS,

SCABINIS,

Cœterisque SENATORIBUS,

*De Patria optimè meritis, vigilan-  
tissimis &c.*

*Dominis Patronis ac Studiorum suorum Promotoribus ad cineres usque æternâ  
observantia colendis*

Specimen hoc Academicum Submissa  
mente consecrat.

RESPONDENS.

AD PEREXIMUM ET, CLARE DOCTUM  
**DN.M.STEPHANVM PILARICK,**  
SS. THEOLOGIÆ STUDIOSUM SOLERTISSIMUM,  
CONVICTOREM DILECTISSIMUM,  
DE  
TRIPLO REGNO SPIRITUS SANCTI  
PUBLICÆ DISPUTANTEM

**M**agna sunt, & multa Pentecostalia Spiritus Sancti mystaria, quæ vera sunt DEI Magnalia. Inter alia reperiuntur etiam DEI Regna, quæ certe non ultimi sunt ordinis, vel postremæ classis. Unum, eviderit Dei Regnum est, cum unus sit, quoad Essentiam, Rex, sed tergeminæ tamen est differentie, quod distinctos cives, atque subditos, quoad distincta media, quod distinctos fines. Et sic, aliud Dei Regnum est Regnum Potentia, quoad inter creaturas in mundo, potenter juxta creationem Deus administrat; aliud Regnum Gratiae, quod in Ecclesia, mystica Civitate, juxta Christi Redemtionem inter fideles Dei filios gratiose dispensat; aliud Regnum Gloriarum, quod in caelesti Hierarchia Deus inter beatos cœlites, juxta beatificam visionem, ad æternam gloriam adornat. Hoc triplex Dei Regnum, & Deo Patre, Primæ Deitatis Personæ, tanquam Auctori, competit: Idem tergeminum Dei Regnum quoque Dei Filio, ceu Mediatori, convenit: Tandem etiam Regnum hoc Trinum, Spiritui Sancto, ceu Deo Terminanti, vel obsignatori tribuitur. Nam hi tres, & unum sunt, & unum sapiunt, & unum volunt, & unum faciunt, & sic unum regimen intendunt, ac atendunt, atque gubernare contendunt. Est igitur Rex unus natus & solus vel quoad Essentiam regnandus, regiam Majestatem, & potestatem, ac regiminis identitatem, sunt etiam tres regentes, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus natus idem & appropriationis varietatem, dum Pater à se, Filius à Patre solo, Spiritus Sanctus, & à Patre, & à Filio regnat. Pater ordine primo, Filius ordine secundo Spiritus Sanctus ordine tertio, regimen administrat, & sic Pater αγενήτως, citra communicationem alicujus originis, à semetipso; Filius per generationis, & Spiritus Sanctus, per spirationis communicationem, Regis instar gubernant. Nunc Tibi, CLARE DOCTE DN. M. RESPONDENS, Pentecostales meditationes sunt curæ, cordique, dum temporis servire prudenter cum Ecclesia eligis. Hoc enim Christianos decet, hoc imprimis Theologos, ad Theologiae Studiosos, condecet. Omnis labor sanctus ad Spiritum Sanctum hoc Pentecostes tempore dirigendus. Hic Praeses Ecclesiarum, Anistes Academiarum, Autor, & Stator pentecostalium denorum, Director, & Promotor omnium Pentecostalium laborum. Felices illi Theologiae Studiosi,

qui Ducem hunc seqvuntur, & felices illi sunt labores, qui potissimum in hu-  
jus Duci gloriā diriguntur. Hæc tua nunc cura, labor hic unice tuu, sanctū  
hoc opus tuum est, vere pium est, vere pentecostale dicitur, dum pentecostalem  
hunc spiritum; ut Regem, & Dominum, juxta leges verbi divinas meditaris,  
Triplex ejus Regnum admiraris, & Regem hunc potentia, Gratia, & Gloriam,  
ceu verum Deum, religiose veneraris. Laude dignissimam hoc tuum institu-  
tum est. Habes in eo magnos precursores, Apostolos non tantum, & prophetas  
sed etiam Reges, potentia summos, amore pietatis optimos, gloria Maximos.  
Inter eos eminet David, religiosus, bellicosus, & victoriosus, Israelite unus  
Monarcha, Propheticus Rex, & Regius Prophetæ, Deo dilectissimus, Typus  
Messiae convenientissimus. Hic alios inter Psalmos etiam Primum, & Quin-  
quagesimum, ex dictamine Sancti Spiritus edidit, & memoriae prodidit, ac in  
usum Theologorum, atque Studiosorum Theologiae non sine Dei providentia  
nobis reliquit. In hoc Psalmo profundam Mysterium omnis generis Abyssum  
cernimus, ac in ejus corde, vel medio, Compendium Mysterium Pentecos-  
talium deprehendimus. Compendium hoc breve quoad verborum sonum, sed  
longum, propter abundatissimum verborum sensum. Videamus in limpidiſſi-  
mo Verborum Speculo Spiritus Sancti certissimam existentiam, divinissimam  
ejus Naturam, vel Essentiam. Videamus in eodem Hypostaticam Spiritus San-  
cti Subsistentiam, & variam proprietatum eminentiam. Videamus in hoc ipso  
Sancti Spiritus Officium, & varium ejus Regnum, admiranda Pentecostalis Ho-  
spitis dona, vel privilegia, cuncta pariter alia, quæ plenissimæ Sacrarum lite-  
rarum pandectæ, per divinam revelationem, exhibent, &c ev rō̄ω breviter  
Pentecostalis Oracle Davidici verba continent. TIBI PEREXIMIE DN.  
M. RESPONDENS, modo placet, Tergeminum Spiritus Sancti Regnum,  
quod cor de pio meditaris, ore sancto disputare conaris, ac opere Theologico  
publice perscrutaris; Videbit hoc ipse Doctor veritatis, Spiritus sanctus, &  
studiorū tuorū cursum sua Gratia promovebit, pentecostalibus suis donis au-  
gebit, adiumenta sua, præsidioque fructuoso fovebit, ad florem omnem influ-  
entia, vel benedictione sua cuncta tua studia gratiōse promovebit, & SUMMIS  
PATRONIS eadem commendatissima, Vitæ tue florentissima, MAXIME-  
VERENDO DN. PARENTI jucundissima, Gregiqve piorum fructuofissime  
reddere studebit! Hoc votis suis optat, precibus suis cœlitus oret.

Wittebergæ d. 29. Maii  
Anno M. DC. XCVI.

JOHANNES Deutschmann/ D.

(1) 80



IN NOMINE SANCTI SPIRITUS  
DOMINI PENTECOSTALIS!

MEDITATIO PENTECOSTALIS DE TRIPLOCI  
REGNO SANCTI SPIRITUS, POTENTIAE, GRATIAE  
ET GLORIAE,

Ex Psalmo LI. 12, 13. 14.

**V**arium est Dei, juxta Scripturam Sacram, Regnum, sed unus est Rex, Deus. Deus unus est Rex, quoad essentiam, sed Trinus etiam Rex, quoad subsistentiam, Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus Sanctus. Patri competit (a) Regnum potentiae, quoad Creationem, Conservationem, & Gubernationem: Eidem quodque competit (b) Gratiae Regnum, quoad misericordiam, quia Dicitur ὁ πατής τῶν δικαιωμάτων II. Cor. I. 3. dum, à parte ante, Gratiae Regnum in misericordia fundatur, quia nisi misericordia paterni cordis processisset, nec Gratiae Regnum à Patre processisset, cum hic sit ὁ θεός τῶν χαρίτων, Deus omnis gratia I. Pet. V. 10. Patri denique competit (c) Regnum gloriae, sicut Christus electus, à dextris in judicio stantibus, inquit Matth. XXV. 34. Venite Benedicti Patris mei, Possidete regnum hereditario paratum vobis à constitutione mundi, Sic Filio quodque tribuitur (a) Regnum potentiae, dum omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Job. I. 2. Et sicut Pater in Regno potentiae semper operatur, sic etiam Filius operatur Job. V. 17. cum omnia verbo suæ virtutis in potentiae Regno portet, Hebr. I. 3. Tribuitur itidem Filio (b) Regnum gratiae, cum sit plenus Gratiae, & veritatis, Job. I. 14. ex cuius plenitudine nos omnes accipimus gratiam pro gratia v. 16. qui Verus homo in gratia Rom. V. 15. (c) Regnum Glorie, cum ipse noster Salvator, sit Rex Glorie, dum quatuor vicibus Psal. XXIV. 7. 8. seq. hoc illustri titulo salutatur, dicente Davide: Attollite portas, Principes, vestras, & elevamini portæ mundi, & introibit REX GLORIE. Quis est iste REX GLORIE? Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio: Attollite portas, Principes, vestras, & elevamini portæ mundi, & introibit REX GLORIE; quis est iste REX GLORIE?

A

IO

30.

DI

3

RES

VS

S

CLVI.

DFG

## MYSTERIUM PENTECOSTALE

2. **GLORIÆ?** Dominus Zebaoth, & ipse est **REX GLORIÆ**, Sela. Freqvens Regis gloriae productio, vel introductio, dicitur Regni Glorie ad Christum, Dei Filium, infallibilis appropriatio, vel etiam indubitata demonstratio. Denique Spiritui Sancto pariter attribuitur (1) Regnum potentia Gen. I. 2. ubi statim in creatione Spiritus Elohim Regnum Potentie virtute sua divina parabat, & cunctis creaturis producendis incubabat: neque tantum productioni creaturarum suam virtutem creatricem communicavit, sed etiam hactenus virtutem conservatricem suppeditavit, & adhuc suppeditat, sicut David inquit Psal. CIV. 30. Emittes Spiritum tuum, & intes in terra omnia creabuntur, & (indies) renovabis faciem terræ: quoniam non tantum renovat, sed & sua repletione totam Universitatem conservat, quia *Spiritus Domini replet orbem terrarum*, Sap. I. 7 quod autem de terrarum orbe dicitur, de reliquis creaturis universis, & singulis, subintelligitur, cum de similibus simile ferendum sit iudicium. (2) *Regnum Gratiae*, quod imprimis Spiritui Sancto proprium esse dicitur per sanctificationem, à qua *Gratia Regnum* dependet, tum in fieri, tum in esse, tum in operari: quoad fieri, quia *Spiritus Sanctus in festo Pentecostali*, juxta Christi promissum, *Gratia Regnum* per visibilem apparitionem inchoavit, Ecclesiam Catholicam, respectu Novi Testamenti, fundavit, dum lingvarum, ad universalem Evangelii prædicationem, Apostolus varietatē donavit, & omnia dona gratiae liberaliter. Auditoribus, quam Doctoribus, communicavit: quoad esse *Spiritus Sanctus* est, & manet *Spiritus Gratiae*, non tantum in donis, sed etiam in personis, dum omnes sua gratia Christianos ornat, & exornat, siquidem nemo sine *Spiritu Sancto Iesum Dominum* appellare potest, I. Cor. XII. 3. Quoad operari, dum *Spiritus Sanctus* in omnibus omnia quod Regnum Gratiae semper operatur v. 6. (3). *Regnum Glorie*, quia Glorie & Di Spiritus est I. Petr. IV. 14. Neque demum in *Novo Testamento* talis Regni triplicis ad omnes Tres SS. Trinitatis personas appropriatio revelata fuit, sed in prima generis humani restaurazione, vel Regni Dei renovatione, talia mysteria protoplasmatis manifestata, cunctisque posteris eorum, ad veram ipsorum felicitatem, divinitus oblata. Nam Iehovah Elohim, Deus Uniterminus, Pater, Filius, & *Spiritus Sanctus*, post lapsum protoplasmatis apparuit, & fundamenta triplicis Regni firmissime peccatoribus misericorditer posuit. Primum iacta fundamenta Regni potentie, dum

deum postliminio jura regni potentiae recuperata, simulque cuncta, quae sunt in celis, & in terris, Deo per Messiam reconciliata, quia sic complacuit Patri reconciliari per hunc, scil. Messiam, omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in celis sunt, Col. I. 19. 20. Homo creatus, tanquam *imago Dei* Gen. I. 26. *jus* omniū creaturarū acceperat, & *Dominium* pariter omnium creaturarum, juxta Creatoris voluntatem, ac benignitatem, suscepserat, v. 28. imò *jus*, & *Dominium* creaturarum in regno corporum simplicium, quoad terram Gen. II. 8. quoad aquam & flumina v. 10. seqq. in regno metallorum & mineralium v. 11. seqq. in regno vegetabilium v. 8. & 15. in regno animalium v. 19. 20. actu per divinam installationem exercuerat, sed proh dolor! per serpentis seductionem, illicitam *obsecutionem*, & *apostaticam* à creatore *defectionem*, omne *jus* & *dominium* creaturarum, miserabiliter amisera. Homo natus, & omni bono spoliatus, Dei Creatoris, & omnium creaturarum hostis evaserat, & Deum ipsum, benefactorem suum, fugere, & omnes creatures metuere necessum habebat. *Creatoris* hostis, est etiam *Creaturarum* hostis. Regis-rebelis est subditorum perduellis, Sed misericordia Protoplastis Patri contigit, & hic, iudex Apostatarum factus, in Semine mulieris, cum Semine mulieris, Pater restituendorum evasit, & tanquam Pater providus, atq; Conservator non invidus, & potentia regnum de novo statim aperuit, & ipsum peccatorem in Christo, quoad *jus*, & *dominium*, creaturarum quodantenus restituit: Nec *Filius* benevolentia penitentibus, & per penitentiam redeuntibus, denegata fuit, qui, tanquam Semen mulieris, contra serpentem, & omnes copias ejus, immicitionem animo concipere, militiam perpetuam adversus ipsum suscipere, caput ejus contrerere, spolia cuncta, cum primis etiam *jus*, & *dominium*, in creaturas, hostibus contritis eripere, miserisque peccatoribus mortalibus suo sangvine, suaque morte reddere voluit. *Spiritus Sanctus* etiam tanquam *Spiritus Duci*, seu *lucis*, & *virtutis*, otiosus non fuit, sed hominem in viam, in creaturarum amicitiam, in bonorum Regni potentiae conseruavit, & in totum potentiae Regnum sine mora temporis reducere voluit. Regnum quoque gratie Pater in Filio Protoplastis paravit, Filius, ut *Pateris Vox*, & λόγος, idem Regnum verbo suo fundavit, & per verbum, ceu primus *Evangelista*, manifestavit; atq; *Spiritus Sanctus*, tanquam lucis

A 2

Spiritus

IO

30.

DI

3

RES

VS

ES

CLVI.

4 MYSTERIUM PENTECOSTALE

Spiritus idem illis adspiravit & illuminatione mentis atque motu, vel afflato & oluntiu, per verbum applicavit, atque sanctificatione sua firmiter appropriavit. Denique Regnum Glorie non aliud, quam Iesu Christum, Pater, Filius & Spiritus sanctus in vita, v. 20. post mortem v. 19. protoplastis indicavit, per verbum veritatis intimavit, & per veram fidem in iis confirmavit. Revelatio Regni Dei triplicis prima facta fidelibus Patriarchis, & posteris, continua, sicut ex sacris literis id multis demonstrari posset. Nam Patriarchae, Prophetae, cum aliis viris Oeconomyis, hoc triplex Regnum fideliter suis auditoribus proposuerunt, constanter illud in Ecclesia docuerunt, ad omnes tres Personas SS. Trinitatis perspicue retulerunt, inde veras consolations, & delectationes, militantibus Dei filiis attulerunt. Nobis instar omnium Rex, & Prophetae, David esse potest, qui suis in Psalmis sapientius ex revelatione divina de regno Dei verba fecit, cunctis iustis, & aliis Dei veris cultoribus Triplex Regnum patefecit, & hoc tergemini Regnum ad Patrem modo, modo pariter ad Filium, & ad Spiritum sanctum, admirando quodam artificio referre voluit. Nos modo nullas de Rege Patre, Regnoque vario Patris, nec aliquas de Rege Filio, vel ejus tergeminio Regno, curas & meditationes suscipimus; sed tempori servientes, & Feso Pentecostali religiosa debita pro virili solventes, Oracle Pentecostalia respicientes, in honorem & a morem Sancti Spiritus, potissimum Tergeminum Spiritus Sancti Regnum, ex manu ditione Davidis indagabimus, explicabimus, & ad nostram salutem, ac edificationem accommodabimus. Pulcherrimam ejus occasionem Regius Psaltes nobis offert in Psalmo LI. 12. 13. 14. ubi Tergeminum Regnum planè plenèq; satis Spiritui Sancto tribuit. Nos, pro benedicto laboris Pentecostalis successu Hymnum S. S. devote præmittimus:

**V**eni Sancte Spiritus, & emitte caelius lucis tue radium:  
Veni Pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium.  
Consolator optime, dulcis Hospes anima, dulce refrigerium:  
In labore requies, in aestu temperies, in fletu solatum.  
O lux beatissima, reple cordis intima Tuorum fidelium.  
Sine tuo Nume, nihil est in homine, nihil est innoxium.  
Lava, quod est sordidum, riga, quod est aridum, sana, quod est saucium.  
Fleste, quod est rigidum, fove, quod est frigidum, rege, quod est devium.  
Da tuis fidelibus in te confidentibus Sacrum seprensorium.  
Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium!

DE TIBIDIICI RECNO CDIB S EV DSAT II

DE TRIPLOMI REGNO SPIR. S. EX PSAL. LI. 13. 13. 14. 5.

## I. Textus Hebraicus:

לב טהור ברא---לו אלהוֹת ורוח כzon חדש בקרבי:  
אל-תשילכו מפניך ורוח קושך אל-תקח ממי:  
השיכת ל' שנון ישער ורוח נריבת הסוכני:

## II. Textus Latinus Vulgatus.

12. Cor mundum crea in me DEus, & Spiritum rectum in-nova in visceribus meis:
  13. Ne projicias me à facie tua, & Spiritum Sanctum ne auferas à me:
  14. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & Spiritu principali confirma me.

### III. Textus B. Lutheri Germanicus.

12. Schaffe in mir Gott ein rein Herz / und gib mir einen neuen gewissen Geist.  
14. Verwirr mich nicht von deinen Angesicht / und nim den Heiligen Geist nicht von mir.  
14. Troste mich wieder mit deiner Hülffe / und der freude Geist enthalte mich.

**M**editationem de *Regno Tergeminio Spiritus Sancti*, satisque memo-  
rabilis, Pentecostale, vel admiranda Regni cuiuslibet, ad Tertiam Dei-  
tatis personam reducendi, per convenientem appropiationem, nunc in-  
gressuri, ne manibus, quod ajunt, illotis arduum hoc negotium ag-  
grediamur, quadam *generalia* breviter, & leviter producere volu-  
mus; ut aliquid inde luminis praesenti meditationi, vel tractationi  
Pentecostali contingat.

2. Dicimus igitur (1) Psalmum hunc esse verè penitentialem. Probat idipsum (1) Psalmi LI. titulus, quia dicitur *Psalmus Davidis*, cum venisset ad eum *Nathan Prophetas*, quando intravit ad Bathsebam II. Regum XII. Graviter peccaverat, adulterii non tantum, sed & homicidii crimen, contra quinum & sextum præceptum; gravem etiam Epanorthosin nomine Dei per *Nathanem Prophetam* audiverat; sineram, seriamque per Dei misericordiam *Penitentiam* egerat. in cu-

## MYSTERIUM PENTECOSTALE

6. jus rei fidem Psalmum hunc pœnitentialem composuit, & misericordiam pœnitenti, tum corde, tum ore, satis celebrare non potuit, sicut statim v.r. luculenter indicat. (2) Psalmus *texius*, qvitotus totus penitentialis est, sicut verba nuda recitata quemlibet docere possunt. (3) Psalmi *nexus*: Nam omnes Psalmi partes sunt penitentiales, sicut relatio pœnitentialis partium Psalmodicarum, in hoc textu, satis ecidenter ostendit. (4) Pœnitentia *status*: nam status pœnitentialis hic est, ut & qvoad *götias*, & qvoad energian, verè sit *practicus*: dū natura pœnitentia constat, tū parte materiali, qvæ dicitur *Contritio*, *respectus* *subjecti*, vel *peccatoris*: tum formali, qvoad *objetum*, qvod est *Christus Salvator* cum merito suo, per fidem pœnitentialem apprehenso. *Contritio* vero, cum fide sunt partes genuine Christianæ pœnitentiae: Pœnitentialis energia dicitur *obedientia nova*, bonum propositum, & studium bonorum operum. Hi tres pœnitentiales status, nimirum materialis, formalis, & finalis, totam sistunt pœnitentiam, & totum hunc absolvunt Psalmum, quia de *contritione* loquitur pars prima v. 1. ad 11. de fide verba facit v. 12. 13. 14. nostri præsentis laboris subjectum; & fructus pœnitentiae subjungit v. 15. seq. usque ad finem. [5] Psalmorum pœnitentialium numerus, qvia septem alias communiter Psalmi pœnitentiales numerantur, nimirum (a) *PSalmus sextus*, (b) *PSalmus trigesimus secundus*, (c) *PSalmus trigesimus octavus*, (d) *PSalmus quinquagesimus primus*, (e) *PSalmus centesimus secundus*, (f) *PSalmus centesimus trigesimus*, (g) *PSalmus centesimus quadragesimus tertius*. Sic igitur noster *PSalmus quinqagesimus*, & *primus Cor.*, & *Centru*, omnium Psalmorum pœnitentialium, qui tres alios ante se præmittit, tres alios post se requirit: Et sic instar Regis in medio Regni Regiam thronumque suum ponit, dum tergeminum Spiritus Sancti Regnum, accuratis, emphaticis, & mysteriis plenissimis, verbis exponit.

3. (2) Psalmum hunc esse plene pœnitentialem (a) qvoad plenitudinem principiorum, quia plena pœnitentia promanat ex verbo Legis, qvod parit contritionem, & ex Evangelii verbo, qvod parit fidem: *Contritio* vero, sicut & fides, sunt partes solirariæ pœnitentiae, qvæ plenam constituunt, & absolvunt pœnitentiam. (c) Ex plenitudine partium, duæ in pœnitentia seria tantum partes istæ reperiuntur, nec aliæ qvædam partes ad eam constituendam reqviruntur. (y) Ex plenitudine causarū: Deus est causa pœnitentiae principalis, qvem David pœnitens hinc

DE TRIPLO REGNO SPIR. S. EX PSAL. LI. 12. 13. 14. 7  
 hinc invocat, & ab eodem p̄nitentiam plenam impetrat: Et spiritus sanctus idem iudicis est regis dicitur, qui nec excludit verbum, & Sacra-  
 menta, tanquam p̄nitentia media, nec ipsum ministerium, ceu veræ  
 p̄nitentia ministeriale quoddam administratum n. Cor. V. 19. 20. Materia  
 dicuntur peccatores, & peccata: David se peccatorem profiteatur, & de  
 peccatis maximè conqueritur. Forma consistit in vera, salutarique  
 conversione: sic finis dicitur ipsa salus, cuius respectu Deum sive salu-  
 tis, v. 16. nominat. (d) Ex plenitudine fructuum, quia p̄nitentia Davidi  
 fructus plenissimos peperit, tum proximo v. 15. tum ipsi p̄nitentiali sub-  
 jecto v. 16. 17. tum p̄nitentiali Domino, vel ipse Deo v. 18. seq.

4. (3) Psalmus hunc p̄nitentialem esse jure spiritualem, & spiri-  
 tus sancti Regnum. Multis hoc ex psalmo tum explicare, tum argu-  
 mentis demonstrare possemus; sed hac vice brevibus hic agendum  
 erit, ne limites, disputationi præsentii positos, transiliamus. Est igitur  
 Psalmus spiritualis, dum agit de Spiritu Sancto, verè Spiritu Princi-  
 pali, seu principali spiritualis & Christiana p̄nitentia Causa: Spiritus S.  
 autem spiritualia sapit, spiritualia cupit, spiritualia capit, spiritualia  
 tradit, spiritualia facit. Regia quoque spiritualis jure diciter, quia  
 cor ejus de Spiritu Sancti Regno doctrinam proponit, & per omne  
 Regnum se latissime effundit.

5. Est autem hoc Regnum Spiritus Sancti nobis in v. 12. 13. 14.  
 propositum, & accuratè, & qvoad omnia necessaria puncta, fideliter  
 ex positum. Notamus autem hic juxta textum I. Regnum commune  
 cum Patre & Filio. II. Regnum proprium, vel appropriatum, qvod soli Spi-  
 ritui Sancto per idem iudicium, vel appropriationem proprium est. Regnum  
 commune nobis indicatur Elohim vox, qvæ vox duplicitatione sup-  
 ponitur, (1) Materialiter, quatenus importat divinam essentiam, qvia  
 sapius in sacris literis per vocem Elohim ad divinam Essentiam ipsam,  
 qvæ communis est omnibus tribus Personis, respectus habetur, quando  
 nim. Essentialia prædicata, l. etiā Opera, sine determinatione suppositionē  
 essentialē requirunt, & ostendunt. (2) formaliter, quando vox Elohim  
 conjunctim Personas omnes, ternario numero comprehensas, respicit. (3)  
 Personaliter, & singulariter, quando pro singulis personis distinctim ad-  
 ducitur, ita ut modo notet personam Patris, modo personam Fili, modo  
 Personam Spiritus Sancti. Exempla passim obvia sunt, & ex  
 prima revelatione Gen. I. sapius has distinctas suppositiones indicavimus.

6. Nec

IO

30.

3

DI

RES

VS

S

CLVI.

DFG

## MYSTERIUM PENTECOSTALE

6. Nec ablutus Psalmus hic Davidis paenitentialis. Non incommodo dicitur, quod vox Elohim supponatur, (1) essentialiter v. 1. Misere mei Deus, vel Elohim, secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam: ubi non obscurè subjectum essentialis vox Elohim indicare, vel etiam postulare videtur, tum propria essentialia predicata, vel attributa, nimirum partim Dei misericordia, quæ communiter inter essentialia propria refertur, & Patri, Filio, Sanctoq; Spiritui, per Essentiam competere dicitur: partim multitudine miserationum divinarum, quæ prorsus infinita, quia quantum ipse, tanta pariter ejus est misericordia Sir. II. 23. Deus autem infinitus est, cum sit magnus Dominus, & laudabilis, dum magnitudinis ejus non est finis Psal. CXLV. 3. Tum essentialia opera, quia statim ab initio dicitur Misere mei Deus, vel Elohim. Sicuti autem ejus misericordia dicitur essentialis, sic etiam rō misereri peccatorum opus essentialis designat: Deinde in commate secundo subjungitur, dele meam iniquitatem: iniquitas est evocula, vel peccatum, & lādit divinam iustitiam, quæ præcipit iugulat, conseqventer etiam offendit divinam essentiam, cum iustitia sit itidem attributum essentialis verissimum.

7. (2) Personaliter v. 12. ubi pariter vox Elohim occurrit, sed personalem significationem omnium trium personarum attendere deprehenditur, tum quia nomine Elohim, in primo, vel immediato, proprio, vel definitivo significatu, tres personas significare prohibetur, sicut patet ex Definitione Dei, quando Jehovah Elohim describitur, ubi vox Jehovah conceptum essentialis, & velut communem, sed Elohim conceptum personale, & proprium indicare dicitur, quod Deus sit Essentia, in tribus Personis, Pater, Filio, & Spiritu sancto; tum quia creandi verbum adjungitur, & sic ad historiam creationis respicitur, ubi tres Elohim introducuntur, & ab invicem distinguntur, quia Creator dicitur Elohim primus, Dicens Pater, Elohim secundus, seu faciens, Filius, & Elohim Tertius, seu Spiritus Sanctus, ut Elohim videns v. 4. & Elohim sanctificans, Gen. II. 2. 3. Elohim igitur Creator est, Elohim Pater, Filius, & Spiritus, Sanctus; tum quia ad hunc Elohim Spiritus Sanctus refertur, sicut ex pluribus versulis est apertum v. 12. 13. & 14.

8. (3) Singulariter, dum tribus in versiculis post oraculum nostrū, adhuc Nomen Elohim magna cum Emphasi producitur (1) de Deo, vel Elohim

DE TRIPLOMI REGNO SPIR. S. EX PSAL. LI. 12. 13. 14. 9

Elobim Salvatore v. 16. ubi dicitur אלהי תשועת אלוהים אלוהים Elohim Deus salutis, & à peccatis, vel sanguinibus, suo sanguine liberare, quia sanguis Iesu Christi, Filii Dei, nos emundat ab omni peccato I. Joh. I. 7. adeoque verus Salvator, in cuius justitia lingua peccatorum exultat, cum ipse peccatoribus à Deo factus sit justitia I. Cor. I. 30. (2) De Deo vel Elohim sanctificatore, pænitentiae Doctore, vel autore, sacrificiorum spiritualium datore, & promotore, qui Spiritus sanctus est v. 19. sacrificium Elohim, spiritus contribulatus, cor contritum Elohim non despicies: sicut enim paenitentia duabus constat partibus, contritione scil. & fide; sic Spiritus Sanctus est Spiritus contritionis & compunctionis per legem, Act. II. 37. & Spiritus fidei II. Cor. I. V. 12. per Evangelium, quod est verbū fidei, Rom. X. 8. (3) De Deo, & Elohim Creatore, vel Aedificatore v. 10. Benigne fac Elobim, Pater omnis benignitatis, & Pater misericordiarum II. Cor. I. 3. in bona voluntate tua, secundum quam donas Mediatorem Filium, & sanctificatorem Spiritum, ut edificantur muri Jerusalēm, per Creatorem, & Conservatorem Patrem, & creabuntur hæc in generationem alteram, & populus, qui reabitur, laudabit Dominum, Psalm. CII. 19.

9. Huic Elohim Trino, Patri, Filio, & Spiritui sancto, citra dubium Tergeminum Dei Regnum attribuendum, quod multis, & declarari, & demonstrari posset, si modo nostri foret hoc instituti; licet plurimis hoc superius ex Gen: III. jam indicaverim⁹; hoc loco saltē illud monemus, & urgemus, quod omnia, quæ Spiritui sancto, juxta praesens Oraculum pentecostale, tribuuntur, etiam ad Elohim, Deum Trinum, referri possint ac debeant, cum Nomen Elohim pro DEO Trinuno, P. F. Spiritu Sancto, supponatur. Sed hæc de Regno communi, Patria, Filii, sanctis spiritus, allegasse sufficiant.

10. (II) Regnum proprium, quod soli Spiritui sancto per Davidem appropriatum. Et hoc vere dicitur esse Regnum tergeminum, De hoc triplici Spiritus Sancti Regno plurima, secundū incomprehensibiles, & ineffabiles textus hujus divitias, meditari, simulq; commentari possemus, si vastissimum aliquem commentarium colligere, vel conscribere vellemus: jam inter angustos praesens Disputatio cogitur cancellos, ideo pauca saltē mysteria paucis verbis annotabimus, & explicabimus.

11. Adducimus igitur (I.) Tergemini Sancti Spiritus Regni veram Existētiā, quæ partim absolute, partim relativa; prior ratione Spiritus

B

IO

30.

3

DI

RES

IVS

ES

CCLVI.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

ritus Sancti, posterior ratione praesentis Oraculi consideratur; prior ratione generalis verbi Dei; posterior ratione Specialis hujus Psalmi; prior extra textum, posterior juxta, vel intra textum; prior ratione cuiusque revelationis, posterior ratione praesentis introductionis; prior est indeterminata, posterior determinata; prior ratione propriae essentiae, posterior ratione mysticæ penitentiae &c.

12. Qvod autem, quoad absolutam Existentiam, Spiritui sancto competat tergeminum Regnum, & Potentia, & Gratia, & Gloria, sine difficultate confirmatur, (1) ex Spiritu Sancti divina Essentia, quia Spiritus Sanctus verus Jehovah, Ens Entium, Essentia Essentiarum, super omnia, quia ratione summus Rex est, & omne Regnum per Essentiam ipsi sub-jacet. [2] Ex Divina Spiritus Subsistentia, quia divina persona Spiritus Sanctus est; Divina vero Persona, non tantum infinite subsistens, sed etiam infinite intelligens est, adeoque sua Sapientia cuncta Regna sapientissime regit. (3) ex divina personarum operozia, quia Patri, Filioque, Spiritus Sanctus operosus est, adeoque quoad omnia simpliciter idem cum Patre, & Filio, simulque cum iisdem Rex est, quoad omne, Regnum, quod dicitur alias tergeminum. (4) Ex divina Spiritus Permanentia, quia Regis instar, cum Patre, Filioque, cunctis praest, cuncta regit in quolibet DEi Regno. (5) Ex divina spiritus operatione, vel etiam auctoritate. (6) ex divina Spiritus Gloria, cum sit Spiritus Glorialis. Pet. IV. 14. (7) ex divina Spiritus trinitate, quia Spiritus in omnibus omnia, quoad omne Dei Regnum, omnipotenter operatur I. Cor. XII. 6. Nam operatur Spiritus Sanctus variis modis in Regno potentiae, dum statim in principio creationis ad regnum potentiae verè constituendum, creaturis omnibus incubuit, easque mirabiliter incubatione sua statim ad esse suum preparare, seu formare voluit, & ab eo tempore semper tanquam Spiritus Universitatis, totum terrarum orbem, vel etiam mundum ipsum, operatione sua replere constituit, Sap. I. 7. Operatur etiam variis modis in Regno Gratiae, tum quoad hominum peccatorum regenerationem Job. III. 5. 6. tum quoad hominum regenitorum renovationem Eph. IV. 23, dum renovari jubemur in Spiritu: tum quoad ipsam Sanctificationem, vel alia spiritualia, quæ textus noster producit, opera: Operatur denique variis modis, & ad Regnum Glorie, simulque in ipso regno Gloriarum, dum

DE TRIPLOMI REGNO SPIR. S. EX PSAL. LI. 12. 13. 14. 11  
dum verè dicitur *Spiritus Glorie*, I. Pet. IV. 14. cum ab eo sit omnis gloria, in eo sit omnis gloria, per eum nobis contingat omnis gloria, secundum ejus dispensationem præparemur ad gloriam, & ad ipsum *Spiritum sanctum* tendat omnis nostra Glorio. Sic citra dubium, competit Sancto Spiritui, quoad mirabiles operationes, omne Dei Regnum, quod in sacris literis divinitus nobis revelatum. (7) Ex regia Sancti Spiritus Oeconomia, quia *Spiritus sanctus* certam Oeconomiam administrat in Regno Potentis, cuius resepctu Gen. I. statim dicitur *Elohim videns*, vel *providens*, atque distinctam à Patre, cùm *Creatore Dicente*, & à Filiō, Verbo, vel *Elohim Faciente*, dispensationem instituens; aliam vero Oeconomia attendit, quoad Regnum Gratiae, dū Ei, tanquam *Elohim Tertio*, cap. II. 3. *Sanctificatio*, vel etiam in Ecclesia Cap. VI. 3. hominum omnium gubernatio, tribuitur, quoniam alias & malas, tanquam *Spiritus judicii*, per legem judicat, Es. IV. 4. Job. XVI. 8. seq. bonos autem in via recta semper ambulare facit, Psal. CXLI. III. 10. Tandem aliam Oeconomiam, quoad Regnum Glorie, respicit, quia, tanquam *Spiritus voluntatis*, seu *filiationis*, Rom. II. X. 15. Dei Filios adoptivos glorificat, vel ad gloriam præparat v. 30. Quos enim præstativavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & justificavit, quos autem justificavit, illos & glorificavit, ut sint heredes Dei, & heredes Christi, dum enim compatiuntur, etiam simul conglorificantur v. 17. ut Christus eos, tanquam oves, & Elector, ad Regnum Glorie perducere, simili à dextris in Extremo iudicio constituere, & tanquam Regni Glorie cives, in Regnum Patris Hæreditarium introducere possit. Matt. XXV. 34. (9) Ex Regia Spiritus regia, quia *Spiritus sanctus* in triplici Dei Regno, non ut Rex absens, sed ut presens, immo præsentissimus, gubernat, dum in Regno potentie mundum, & omnes creaturas replet Sap. I. 7. in Regno Gratiae, tanquam *Spiritus gratiae*, Zach. XII. 10 totam Ecclesiam, & omnes fideles, ut Regni Gratiae cives, inhabitat, cum sint ejus templum I. Cor. III. 16. VI. 19. Regnum Glorie, cùm Dominus glorie, semper ornat, & exornat, sicut propterea Seraphim, continui Regni Glorie præcones, & Cantores, hunc Glorie Dominum indefinenter celebrant, Esa. VI. 3. Conf. Alt. XXVIII. 25.

13. Quoad relativam considerationem, Existens Tergemini Regni Spiritus Sancti patet itidem ex Oraculo nostro (1) extergemino ver-

B. 2

sculo,

IO

30.

3

DI

RES

IVS

ES

CCLVI.

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn785216316/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn785216316/phys_0019)

DFG

## MYSTERIUM PENTECOSTALE

6.  
siculo, qvia tres versiculi notantur in oraculo praesenti, neque plures, neque pauciores, qui versiculi designant tria Spiritus regna, non quoad externum, & formalem positum, dum oracula satis multa tribus constant versiculis, neque tamen tria Spiritus Sancti Regna probant; sed quoad materialis applicationis statum, dum cætera sunt hic paria, quæ simul conferenda. (2) Ex tergeminio titulo, qvia titulus Spiritus, maxima cum Emphasi, tria vice repetitur, & singulis versiculis semel inseritur, qui Titulus, non quoad identicam repetitionem, sed quoad distinctam relationem, tergeminum Spiritus Regnum confirmat. (3) Ex tergeminio territorio, qvia magna cum admiratione cernimus, quod unusquisque Titulus habeat suum peculiarium territorium, suum peculiarare regnum, in quo Spiritus distincte variis modis Regnat. (4) Ex tergeminio, vereque regio proprio, vel attributo, dum in primo regno Spiritus est rectus, vereque Spiritus creatæ certitudinis: sicut hominem Deus fecit שֵׁר, rectum & perfectum; sic etiam creatura quælibet recte, beneque producta, qvia vidit Elohim cuncta, quæ fecerat, (nimirum Elohim Videns, qui Spiritus Sanctus, Elohim Dicenti, Patri, Elohim facienti, Filio, contradistinctus) & ecce valde bona fuerunt Gen. I, 31. In secundo regno Spiritus est שְׁרַפָּה Sanctitatis, vel Sanctus, qui sanctificat in Regno gratia v. 13. In tertio regno Spiritus est נֶדֶבֶת, principalis, liberalis, spontaneus &c. plenæ, perfectaque voluntatis, meræ libertatis gloriose, principalisque dignitatis, qui nos in Regno gloria faciet Principes, & Reges Glorie Apoc. I, 6. (5) Ex tergeminio, vereque regio artificio, quod in primo regno dicitur operosa, vereque regia creationis, & productionis, in secundo dicitur artificium gratiæ, vereque regia conservationis, cohabitationis, & inhabitacionis, sicut Reges subditis cohabitantes, & regnum suum inhabitant: in tertio dicitur gloriose salvationis, latificationis, & confirmationis, quod est Regni Glorie. (6) Ex tergeminio privilegio, quod dicitur, in primo Regno privilegium nature, in secundo privilegium gratia, in tertio privilegium gloriae. (7) Ex tergeminio hujus regis Opificio, qvia Spiritus Sanctus, ut Rex potentissimus, & actuosissimus, non in uno, sed in omni Regno suos regios, vereque divinos effectus parit, & in distinctis regnis etiam opicia distincta producit. Nam in regno potentiae,

DE TRIPLOCI REGNO SPIR. S. EX PSAL. LI. 12. 13. 14. 13  
tia juxta v. 12. verè divinum opificium de Spiritu Sancto prædicatur,  
quod nimurum sit *Spiritus Creator*, & per creationem, vel propriam,  
vel translatam, aut analogicam, opificium suum producat, & in  
hoc Regno Potentia creationis officinam possideat, ac in eo semper o-  
pus suum faciat; In Regno gratiæ non modo præsens, sed etiam  
mirabiliter agens est, dum peccatores, etiam graviores, qvalis e-  
rat David, adulter, & homicida, verè sanctificat, & sanctificando pul-  
cherrimū in Sanctorū hominum personis opificiū manifestat. O qvot  
reperiuntur in Regno Gratiae, *τωχελῶς* ita dicto, peccatores impuri, vel  
immundi, qui beneficio sanctificationis egent, & in officina Spiritus, &  
sanctificationis, beneficium sanctitatis conseqvuntur. In Regno gloria ple-  
nam salutem I. Pet. I. 9. meram consolationem Luc. XVI. 25. & gloriofis-  
simam latitiam, vel exaltationem operatur v. 14. (8) Ex tergeminio Re-  
gis asylo, sicut enim olim homicidae, propter homicidium fortuitum, asy-  
la sua, vel civitates refugii divinitus conseqvebantur: sic peccatores,  
non tantum sunt aliorum, sed sui ipsius occisores, & adolœxipes, dum  
per varia peccata, sèpius etiam sclera, sicut hic in exemplo Da-  
vidis videre licet, sibi mortem, imprimit spiritualem, attrahunt, qvi-  
bus regnum Sancti Spiritus asylum paratur in Regno potentiae, sicut  
David ex gratia Spiritus, Regium suum officium, & ipsum Regnum  
retinebat, & regiam super Israeliticum populum administrationem ex-  
ercebat; cum primis autem, in Regno gratiae pœnitentibus precibus,  
& efficacissimis suspiriis obtinebat, ne turpiter, & damnabiliter à fa-  
cie Domini gratiofa recedere necessum haberet, aut Spiritum san-  
ctum amitteret; sed potius ab hoc Spiritu, sanctitatis Autore, & Do-  
natore liberalissimo, veram sanctificationem acciperet, & penteco-  
stalem sanctitatem abundanter fusciperet, qvæ ex fide præsentissi-  
mum est gratiæ habitaculum, *asylum*, & *refugium*. Regnum gloria  
qvod etiam v. 14. *Spiritu Sancto* tribuitur, tutissimum est *asylum*, qvod  
nec Diabolus, nec ejus liætores, persecutores, nec mala qvævis alia, post  
hanc vitam admittit, sed in omnibꝫ pacis, quietis & domicilii conce-  
dit, & omnem sufficientiam, in perpetua salute, continua, ve-  
reqve vivifica consolatione, & gratiofa exultatione, placidissima hal-  
cyonia promittit non tantum, sed etiam ipsare sifit.

B 3

14.(III)Ter-

IO

30.

3

DI

RES

IVS

ES

CCLVI.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

## MYSTERIUM PENTECOSTALE

14

14. [II] Tergemini Spiritus Sancti regni veram differentiam, sic, juxta nostrum oraculum, modis quam plurimis differunt, (1) distinctis versiculis, quia primum introducitur v. 12. secundum v. 13. tertium v. 14. (2) distinctis nominibus, dum primum dicitur Regnum potentiae, secundum regnum gratiae, tertium regnum gloriae. (3) distinctis Regis titulis, quia primus titulus est Spiritus, v. 12. secundus titulus est Spiritus, v. 13. tertius titulus est Spiritus, v. 14. Unus est Spiritus, unus Rex, sed distinctus utriusque respectus. (4) Distinctio ordinis classibus, quia Regnum potentiae primae classis est, dum tam à Regno Gloriarum, quam Gratiae, presupponitur, & præreqviritur; sic Regnum Gratiae secundum, Regnum gloriae tertium, vel ultima classis, aut ordinis. (5) Distinctus Regis idiomatis & axiomatis, quia, qvoad primum Regnum, Spiritus sanctus est Rex potentissimus, qvoad secundum gratiosissimus, qvoad tertium rex gloriissimus. (6) Distinctus mediis, dum in primo Regno dominatur divina potentia Spiritus seu virtus; sed in secundo divina gratia, vel misericordia, in tertio vere Rex hic administrat Regnum divina magnificencia, seu gloria. (7) Administrationis actibus, quia potentiae Regnum administratur actu causalis energias, vel creationis; gratiae Regnum actu spiritualis operationes, vel inhabitacionis; Glorie Regnum actu cœlestis operationes, & glorificationis. (8) Regalibus donibus, quia Regnum parentium donat creationis refectionem per Spiritum Rectum, dum causa prima nunquam vera non operatur, & revocat ad rectitudinem aberrationes causarum secundarum, gratiae Regnum dat sanctificati certitudinem, per Spiritum sanctum inhabitantem corda nostra, vel etiam sanctitatem veram operantem, v. 13. Gloria regnum dat latitudinem cœlestis multitudinem, salutem omni generis plenitudinem, & plenam dignitatem celsitudinem v. 14. (9) Distinctis incolis atque civibus, quia regnum potentiae fovet homines, ut creaturas, potentiae divinæ per, & propter naturam egenam cupidas, cum secunda causa sine prima nihil possit tentare, veletiā præstare valeat: Regnum gratiae attendit homines ut fideles, per gratiam divinam, ex operatione Spiritus sancti salvandos: Regnum gloriae respicit homines, ut electos, divinæ gloria beandos. (10) distinctu locis, vel receptaculis, quia Spiritus Sancti Regnum potentiae datur in mundo, Regnum gratiae in Ecclesia, Regnum gloriae tantum in celo, vel. πολιτεια των ουρανων.

15. III. Ter-

DE TRIPLOMI REGNO SPIR. S. EX PSAL. LI. 12. 13. 14. 15

15. (III.) *Tergemini Spiritus Sancti Regni* pulcherrimam eminentiam, quæ conspicitur in variis Regnorum, iisque distinctis proprietatibus, & axiomatibus, dum omnibus his Regnis tribuitur, (1) *Proprietas*, vel *Axioma Divinitatis*, qvia Regnum potentia Spiritus Sancti, regnum vere divinum, Regnum quoque gratia divinum, Regnum denique gloria merè divinum, dum hoc omne regnum DEi Regnum. (2) *Proprietas*, vel *Axioma Majestatis*; sicut enim omne regnum sua Majestate gaudet, & nullum prorsus regnum, vere tale, sine regia Majestate, vel summa potestate consistere potest; sic etiā omne Regnum Spiritus Sancti regia Majestate plenissimum; dum regnum potentia Spiritus Sancti micat Majestate summa. Nam in Regno Potentia Spiritus Sancti splendet omnipotentia divina, dum omnipotenter Spiritus Sanctus in eo virtutē divina regnat, omnia creat, servat omnia, gubernat omnia: Sic, & in Regno Gratiae, clementer omnes respicit, oculis gratiae misericorditer aspicit, auribus gratiae clementer audit, gratiae pedib⁹ ad opem ferendam cito pergit, manibus gratiae largiter omnia distribuit, imprimis sanctitatis beneficia liberaliter fidelibus attribuit &c. In Gloriam Regno, Majestatici Regis instar, salutem omnem operatur, plena consolatione cunctos erigere conatur, & lætitia Gloriosa corda, vel animas in æternum exhilarare meditatut. (3) *Proprietas*, I. *Axioma Regie Dignitatis*, vel autoritatis, quæ citra dubium in omnibus Spiritus Sancti regnis invenitur. (4) *Proprietas*, I. *Axioma Universalitatis*, quia potentia regnum ad omnes creature, Gratiae Regnum primum ad omnes credentes, postmodum ad omnes Electos; Gloriam Regnum ad omnes beatos se latissime diffundit. (5) *Proprietas*, & *Axioma causalis activitatis*, dum unumquodlibet Regnum suam sibi competentiem, & objectis genuinis convenientem, requirit, & exigit activitatem, siquidem potentia regnum mediis divine virtutis potenter creature format, sustentat, conservat, atque gubernat; *Gratia Regnum* homines peccatores *Gratiae mediis*, ad gratiam amissam reducit, fideles in eadem custodit, & ad gratiae studia, vel opera semper accedit; *Regnum Glorie* denique reprobos excludit, & ad æternam ignominiam detrudit; è contra vero secundum judicium absolutionis *Electos* recipit, & æterna gloria, seu felicitate, cives cœli, per omnia seculorum secula, coronare contendit, &c.

IV. Spec-

IO

30.

3

IDI

RES


IVS

ES

CCLVI.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

17. (III) Specialem tergemini Spiritus Sancti Regnaturam, vel essentiam: sic notandum, quod omne Regnum sit practicum, quemadmodum propterea consideratur in Politice, parte Philosophie Practicae, nec aliter, quam practica methodo proponitur, nec in aliis, nisi practicis partibus conspicitur. Partes autem, vel requisita, cuiuslibet praxeos, ad ternarium numerum revocantur. Datur enim in qualibet Praxi (1) Finis, qui dicitur de jure bonum publicum, veraque felicitas, dum haec primum intendi debet. Hic enim primum in praxi qualibet intenditur, immo tum alpha, tum Omega, cuiuslibet praxeos dicitur; siquidem est primus in intentione; sicut ultimus in executione: primum mobile vocatur, quod omnia media movet, & ad sufficientiam usque colligit, ut per ea finis in subjectum convenienter, & sufficienter introducatur. (2) Subjectum, quod sunt Personae, tum imperantes, vel Regentes, tum parentes I. subditi, quibus Finis destinatur, & tanquam finis in hoc subjectum introducitur. Finis enim est subjecti finis, dum subjecto, ceu finis, objicitur; & subjectum finis est subjectum, quod ipsis fini subjicitur, & per mediorum usum ad finem recipiendum aptum redditur. (3) Media, quae sunt, vel producentia, nim. a priori, vel administrantia, a formalis, vel conservantia, cum non minor sit virtus, quam querere, parta tueri. Talia media citra dubium in omni Regno communi, vel civili, necessaria sunt, cum finis non sit in subjecto, nec ante convenientem Mediorum usum in subjecto dari, nec sine Mediis in eo manere possit. Haec tria quoque, juxta praesens Oraculum, in qualibet Spiritus Regno notantur, & ad usum Pentecostalem explicantur, ac spirirualiter applicantur. Nam hoc ad oculum lectoribus omnibus, universis ac singulis, demonstrari potest, quod regnum unum quodlibet suam propriam habeat sedem, suum proprium Regem, suum proprium statum, suum proprium Regimen, suam peculiarem Regiminis normam, atque formam, sua propria media, suam propriam administrationem, suas proprias eveytias, suos proprios effetus, suas peculiares, & convenientes dotes, sua propria privilegia, sua propria beneficia, vel quae sunt alia, quemadmodum sequentes Disputationes luculenter edocebunt, quando juxta distinctos versiculos Oraculi nostri, secundum verborum positum, distinctim spiritus Sancti Regna considerabimus.





















ere, et faciem macore confici Psaltes profitetur. Quam  
antur infantes et eiulant, si mammis adfueti maternis, his  
tem carere deliciis cogantur! Quid si prorsus ab hoc vi<sup>c</sup>tu  
moueantur ablactandi? Heu quam sunt impatientes huius  
n molestae, tenelli praecipue, qui immatura adhuc aetate,  
quod ablactationi conueniens est tempus, ab vberibus re-  
ternis, alienis parum adfueti cibis! Anxie suam deplorant  
tique et eiulatu, quem sentiunt dolorem produnt, lacry-  
quaeritant, matris quo acquiescant sinum, et mammarum  
vbertatem. Idem sibi prorsus contingere fatetur Daui-  
imum in compescenda carnis libidine paulo saltem fuerit,  
remissior: *Si non sedauit animam, factus sum ablactato simi-*  
*a eiusmodi ablactatio*, cum tantos iam pariat dolores;  
, ex eo colligamus, aegritudine mentis affligantur et per-  
qui *consummata* ea, prorsus a Deo auulsose sentiant,  
tia remotos. Fastidunt delicias mundi, quas vel delibasse  
t, pudet, piget, taedet eos, quos suae mens conscientia  
Pertensis omnium, quibus antea delectabantur voluptu-  
are aegritudinem nihil depellere potest, animumque sed-  
, nisi Deo per Christum reconciliati, amissam eius recu-  
tiam. Hunc ergo lacrymis, suspiriis, gemitu, supplici-  
precibus, et fide apprehenso Christi sanguine, eo usque  
misericordiam, donec de sua certi iustificatione, ad gra-  
ce sinum, in eoque placide acquiescere lactentium more  
ssimum itaque medium erit, acquirendae, conseruandae-  
randae, verae animi, firmaeque tranquillitatis, pariter atque  
externae, si in tali cum Deo perpetuo subsistamus vni-  
tudine amica, quam cum matre sua habent γαλακτορε-  
, secundum illud Salvatoris nostri: Αμην λεγω υμιν, εσύ  
αυτοί γενηθέωτε τα παιδία, καὶ μη εισελθήτε εἰς την βασι-  
ων Matth. XVIII. 3.

utem lactentium more, ad eumque componenda Christia-  
ogorum in primis indole, copiosius differendi locus erit  
rali, quam significare his volvi paginis. Deo enim ita  
iustissimi Regis et Electoris nostri Patris Patriae Indul-  
mini **F R I D E R I C I A V G V S T I**  
e Professoris Ordinarii munus mihi clementissime demandauit.  
Quo



Patch Reference Chart TE265 Serial No. 048  
Image Engineering Scan Reference Chart TE265 Serial No. 048